

Hic est annus idem Christi LXXI. quo tertium Consulatum Kalend. Januar. cepit, cum in sequentem designatus esset. Ejusdemmodi sunt & alia apud Onusrium epigraphæ: quibus vulgarium Factorum fides asseritur. De Plinio non levis suspicio est, vel IV. Conf. pro III. leg. vel, ut in MS. comparat, sine ulla numerorum nota, Vespasianus pater, & filio Consulibus.

Nam quod ad Dionem spectat, non ille suspectos Consulatus negat in numerum solitos procedere; sed Consularia dumtaxat insignia. Etenim paullo ante scripserat Senatam τὰς ἡμεῖς ὑποκαταστήσει, Consularibus insignibus Ogamum affectisse: postea verò Consulatum vi à populo eundem extorsisse, collegamque Q. Pedium habuisse. ἡ ἡμεῖς οὐκ ἐξ ἀπορίας ὑποκαταστήσει, ὅτι τὰς ἡμεῖς τὰς ὑποκαταστήσει ἐνεκρίθημεν, ἰσχυρίζομαι. Non tamen ideo secundum se Cos. inscripsit, est Consularibus insignibus honestatus esset. Primus Plautianus sub Severo cum insignia Consulatus accepisset ante, Consul postea factus, secundum Consul vocatus est. quæ est insignis observatio. Nam in consequentibus Fastis plerisque Consulibus II. legimus; quorum frustra nonnumquam aut ordinarius, aut suspectus queritur prior. Quod autem ante Severum Consulatus suspecti numerati sint, constat ex Claudii Consulatus apud Sueton. cap. XIV.

CAPUT XVIII

De Hierosolymorum, & Templi posterioris excidio.

ANNO Vespasiani secundo (ait Josephus libro VI. ἀλωσ. cap. XVII.) capta sunt Jerosolyma, Gorpiaz mensis VIII. Dio feria septima id accidisse refert. De anno Vespasiani consentit Eusebius, qui in Chronico ab anno quintodecimo Tiberii annos ait fluxisse XLII. & in lib. III. Historiæ, post annos quadraginta, quam passus est Christus, eversâ esse Jerosolyma. Ubi frustra est Scaliger; qui in Animadv. pag. 183. Eusebio falsam lectionem affingit. Nam cum ille scripserit, ποσαετηνοντι ἐξ ἑλῶς ἐπι μὲν τῆς & δευτῆς πάλμας, quadraginta solidis annis expletis post facinus in Christum admissum, Deum penas distulisse Judæorum, legendum aliter Scaliger τῆς ἑλῶς δυοῖν, ut sint XLII. anni. Absurdissima conjectura. Nam Eusebium passum ponit Dominum anno Tiberii XVII. Abraam MMLXVII. Jerosolymorum autem excidium anno Abraam MMLXXXVI. Intervallum anni XI. At Clemens Alex. lib. I. Strom. cum anno XV. Tiberii passum velit esse Dominum, annos XLII. mensis III. inde ad ἀλωσιν computat. Eusebius itaque Clementis, & Origenis sententiam castigavit. Ideo malè à Scaligero notatur.

De anno atque mense scribit idem, incensum esse Templum Augusti mensis decimo die; urbem verò, Septembris octavo. Item illo ipso anno, decimam quartam Nisan, sive Pascha, Aprilis decimo quarto die contigisse. Ex quo Judæorum Alexandream Periodum probari dicit. Nam si hodiernum computum Judæicum consulas, Neomenia Nisan pridie Kal. April. fuit, cum igitur in Kalendas ipsas inciderit, ἀρχή της σελήνης facta est unius diei ab initio Periodi Alexandree ad Passionem Christi. Verum omnes istæ divinationes levissimæ sunt: & ex Josepho perperam assumuntur. Is in lib. V. ἀλώσεως, cap. XI. de Paschate ita loquitur: ἡ δὲ τῆς ἀλώσεως ἐνστασις ἡμέρας, ποσαετηκαὶδεκατὴν ἑαυτοῦ μηνὸς ἐν ἡ δὲ δοκίμην Ἰουδαίων τὴν πάλαι ἀπεκαταστάθη κατὰ Βυζαντίου. Et instante die Azymorum, quarta decima Xanthici mensis, qua die Judæi primum ab Ægyptiorum dominio liberati videntur. Xanthicus hic absque dubio est Nisan, sive lunaris mensis, cum die eodem populum ex Ægypto migrasse dicat. Atqui Nisan lunaris XIV. non Aprilis Iuliani, populus ex Ægypto profectus est. Scaliger quidem libro de Emendat. cap. de Exodo scripserat, Judæos tertia decima Nisan, quæ incidebat in Aprilis XIV. feria III. egressos ex Ægypto; contra Scripturam, quæ XIV. Nisan illos exiisse refert. Sed inter errata locum illum posuit; ac pro XIIII. Nisan, XIV. substituit, quæ in April. XV. incidit. Itaque

Pag. 371.

* Legi vult Petavium: VIIII. Gorpiaz. † Emendabat in suo Codice Petavium: post occasum solis. § Emenda ex Petaviana manu: Septembris I.

Igitur Jerosolyma à Tito capta sunt anno Periodi Julianæ 4783. mundi 4053. Cyclo Solis XXI. Lunæ XIV. à Diluvio 2398. à migratione ex Ægypto, & Mosis initio, 1601. à Davidis inauguratione, post Saülis obitum 1125. à conditu Templi, 1085. à prima conflagratione, 659. Olympiadis CXXII. anno secundo; Urbis conditæ anno DCCCXXXIII. Vespasiano II. & Tito Cos. Juliano CXV. ætæ Dionysianæ anno LXX. Judæici computi hodierni, 3830. anno primo Semitæ. Nam Sabbaticus annus proximè ipsam antecessit, anno Dionysiano LXXIX. & errat videlicet R. Isachar, qui anno Sabbatico capta putat esse Jerosolyma. Idem annus quadragesimus secundus à passione, ut Eusebius notat; non quadragesimus secundus; ut Clemens I. Strom. scripsit, & cum secutus Hieronymus Epist. cl. ad Hedibiam, Quest. VI. II.

CAPUT XIX.

De initio Titi, & Domitiani.

VESPASIANUS excessit anno, ut ostendimus, Christi LXXIX. Junii XXIV. Ab hoc die confurgit initium Titi quem Suetonius natum esse scribit anno ipso, quo Caius Caligula cæsus est; III. Kalend. Jan. Hic est annus Christi XII. quo exeunte natus est Titus. Sed si hoc verum est, quàm convenit, quod idem in fine scribit, altero, & quadragesimo ætatis anno perisse; quod Eusebius interpretatur anno quadragesimo secundo: errore manifeste, qui viros eruditos præterit. Nam quadragesimus primus intelligitur. Sic apud Livium lib. III. Anno trecentesimo altero quàm condita Roma erat, iterum mutatur forma civitatis, trecentesimus primus annus describitur, ut Sigonius, & Onusrius docent. Atqui ne quadragesimo primo quidem ætatis anno mortuus est Titus, si anno eodem natus est, quo Caius occidit. Etenim ut anno Christi XII. primus illius ætatis annus inierit; quadragesimus primus anno cepit Christi LXXXI. Mortuus est Idibus Sept. Igitur annos jam expleverat XXXIX. cum mensibus octo, diebus XV. Xiphilinus è Dione vitam illius circumscribit annis XXXIX. mensibus V. diebus XXV. Ut Suetonio ratio constet, natalis illius conferendus est in annum Julianum XL. quod verò scribit annum eundem Caiæ cæde insignem fuisse, de anno Urbis accipi debet. Nimirum anno Urbis DCCCXIII. natus est Titus, qui à Pallibus anno Juliano XI. putatur; eodemque labente Urbis anno, sed Juliano XII. nono Kal. Febr. Caius interfecit. De tempore, quo imperavit, consentit cum Dione Suetonius, qui annos dant II. mensis II. dies XX. Ab ante diem VIIII. Kal. Jul. anni Christi LXXIX. quo Titus iniiit, ad Eid. Sept. anni Christi LXXXI. quo mortuus est, præcisè tempus illud intercedit.

CAPUT XX.

De Imperio Domitiani.

DOMITIANI primordium partim ex Titi obitu; partim è cœlesti observatione certissimè colligitur. Etenim Titus anno Christi LXXXI. cyclo Lunæ sexto moritur, Idibus Septembris. Ab hoc tempore confurgit initium Domitiani. Item Agrippa Mathematicus, ut Ptolemæus lib. VII. cap. III. refert, anno duodecimo Domitiani Metroi XII. in Bithynia hora noctis ineunte tertia, lunam cum Vergiliis conjunctam observabat anno Nabonassari DCCCXI. Tybi secundum, sequente tertio, ante mediam noctem horis æqualibus quinque. Convenit tempus in annum Christi XCII. Novembris XIX. hora à meridie VII. in horizonte Regionimotano. Fuit hic revera DCCCXI. annus Nabonassari, cuius Thoth iniiit Julii XXXI. feria III. cyclo Solis XVII. littera A. G. Ergo Tybi secunda dies incurrit in Novembris XXIX.

feria V. Si primus annus Domitiani cepit anno Christi LXXXI. Septemb. XIIII. procul dubio duodecimus iniiit anno Christi XCIII. eodem die Septembris, tertio mense ante ἡγεμονίαν Agrippæ. Fallitur itaque Scaliger in Animadv. Eusebianis ad annum MDCCCXVII. dum in illa observatione putat Agrippam Domitiani annos à Kal. Januar. non autem ab initio Imperii illius auspiciari; quod anno observationis ipso, decimustertius Domitiani à Septembri cepit. Hoc falsum est. Sed neque reprehendendus est Eusebius, quem ille perperam ait biennii prochronismum committere, dum annum primum Domitiani ad annum MDCCCXVII. applicavit; primumque CXXV. Olympiadis. Neque enim animadvertit, quod nos suo loco demonstravimus, annos Eusebiani Chronici Antiochenorum more ab Octobri antecedente procedere. ut cum primus Olympiadum annus Græcorum usu computetur à solstitio anni Periodi Julianæ 3938. apud Eusebium incipit ab Octobri anni 3937. Unde ad methodum annorum Eusebianorum addendi sunt anni 2696. ut autumnale initium annorum habeas in Juliana Periodo. Sic ad annos 1997. adjunctis 2696. constant anni 4793. Igitur ab Octobri anni Periodi Julianæ 4793. cepit annus primus Olympiadis CXXV. nec non Domitiani primus, qui in fine Antiocheni anni imperare cepit, Septembri XIIII. anno Periodi Julianæ 4794. velut etiam primus annus Olympiadis CXXV. à solstitio ejusdem anni veterum Græcorum consuetudine.

Alius ejusdem error Scaligeri. Scribit is lib. V. de Pag. 446. Emend. hallucinari Josephum, qui se dicat in fine Originum, opus suum absolvisse anno XIIII. Domitiani, ætatis suæ XVI. cum, ut initio libri de Vita sua refert, natus sit anno primo Cai Cæsaris. Negat ista congruere Scaliger; & uno anno minus dixisse Josephum ait. Nam LVII. annos, hoc est Cyclos tres absolutos interfuisse oportebat. Sed non dubium est, quin & ætatem suam, & annos Domitiani melius sciverit Josephus, quàm ejus castigator Scaliger. Etenim primus annus Cai cepit anno Christi XXXVII. Januarii XXIV. Domitiani verò XIIII. anno Christi XCIII. Septembris XIV. Ut igitur Josephus natus sit anno ipso XXXVII. Christi exeunte, vel ineunte anno XXXVIII. ante initium anni secundi Cai, annus ipsius XVI. orsus erit ab Decembri anni XCII. vel Januarii anni XCIII. Quare si eodem anno labente post XIIII. Septembris scribendi finem fecerit, id ipsum anno ætatis illius XVI. Domitiani verò anno imperii XIIII. contigerit. Nihil erat igitur, quod in ista sibi observatione placeret adeo Scaliger; ut hoc epiphonemate caput concluderet: Ita quotidie periclitando fidem nostræ methodi, alienos errores deprehendimus.

Tertium hominis erratum, & quidem gravius multò: quòd annos Domitiani contra communem opinionem omnium non plures XIV. attribuit cum diebus IV. Occisus est Domitianus C. Valente, & Antistio Vetere Cos. ut nominatim Dio, & Eutropius referunt. Consulatus horum in annum cadit Urbis DCCCXXIX. Julianum CXXI. Christi XCVI. cyclo Lunæ II. Ab anno Christi LXXXI. & Septembris XIV. ad XVIIII. Septembris anni XCVI. intercedunt anni XV. dies V. * De sexto decimo itaque libavit dies quinque. Suetonius natum scribit esse Domitianum IX. Kalend. Novembris, mense proximè eum antecedente, quo pater ejus consulatum iniiit. Occisum verò prodit XIV. Kalend. Octobris, anno ætatis XIV. imperii XV. Onusrius ex Suetonii verbis colligit, Vespasianum susceptum Consulatum fuisse anno Urbis DCCCIV. Juliano XCVI. Qua ratione mortuus erit anno ætatis quadragesimo quinto propè confecto, uno ferè mense antequam XVI. iniret.

Ceterum in nummis Domitiani quadam obscura sunt, quæ meritò Scaligerum moverunt in Animadv. ad annum MXXCVI. Cum enim primos sex Consulatus superserite adhuc Vespasiano patre cepit; sepeimum verò post ejus obitum, cum Tito fratre gesserit; octavum jam factus Imperator; nummum tamen quidam sic inscripserit apud Oeconem. IMP. C. S. DOMITIANVS. AVG. P. M. TR. P. COS. VI. Item alius; IMP. Z 3 DOMITIAN.

* Zosimus Lib. VI. ἡ πρὸς τὸν αὐτὸν ἀναστὰς τῆς ἀντιόχειας ἀρχὴς ἡμετέρας: cum pessifer fuisset Republicæ per totum quindecimum annos Petavium.

DOMITIANUS CÆS. DIVI VESP. AUG. P. P. M. TR. P. COS. VI. Atqui non nisi post fratris obitum, cum VII. Consul fuisset, & jam VIII. designatus esset, Imperator, & Trib. potestate præditus fuit. Siquidem numerus alius cum hac inscriptione visitur. IMP. CÆS. DOMITIANUS AUGUSTUS GERM. P. M. TR. P. COS. VII. Item, TR. P. COS. VII. DESIGN. VIII. P. P. Nec non TR. P. II. COS. VIII. DES. X. P. P. Hic est annus imperii secundus, qui & secundus Tribunitia potestatis appellatur: uti & tertius Trib. Potestatis cum imperii tertio, ac deinceps alii. Quæ res argumentum est, antequam Imperator esset, Tribunitia potestate præditum non fuisse. At ejus frater Titus superstiti adhuc parente, Tribunitiam potestatem obtinuit, ut ex antiquis lapidibus, & numis apparet. Nihil hic habeo quod dicam, nisi mendosam illas epigraphas videri, quæ cum Tribunitia potestate Consulatum VI. copulant, ac scribendum omnino COS. VII.

Domitiani obitus alio insuper argumento colligitur non alio anno, quam vulgaris æra xvi. contigisse. Etenim quo die occisus est, Luna erat in Aquario. Nam Suetonius in ejus vita, cap. xvi. scribit illum pridie quam periret affirmasse fore ut sequenti die Luna se in Aquario cruemaret: hoc est ut sibi necem afferret. At illo ipso anno Christi xviii. Kalend. Octobris, id est Julii xviii. Luna in gradu 24. 9'. Aquarii vero situ verfabatur ex nostris tabulis.

CAPUT XXI.

De agone Capitolino Domitiani. Explicantur Juvenalis, Statii, & Anthologia loca.

DE hoc Suetonius in Domitiano, cap. IV. Instituit, & quinquennale certamen Capitolino Jovi triplex, musicum, equestre, gymnicum; & aliquantū plurium, quam nunc est, coronarium. Certabant etiam & prosa oratione Græcè, Latinèque. Censorinus cap. xviii. postquam retulit Romam Lustram à Tullo rege instituta fieri desuisse, mox ita scribit: Rursus tamen annus idem magnus per Capitolinos agones captus est diligentius servari, quorum agorum primus à Domitiano institutus fuit, duodecimo ejus, & Servo Cornelii Dolabella Consulatu. Annum designat Urbis conditæ dcccxxxix. Julianum cxxxix. Christi lxxxvi. quo quintus illius imperii annus labebatur. Fuit agon iste ad Olympiadum instar, pentactericus, hoc est quarto quoque anno confectus, ineunte quinto. Unde cum Lustrò vetere Romano non congruit. Et si id ex Censorini oratione colligi videatur, cum eundem magnum annum appellat, cum Lustrò videlicet Serviano. Verum auctor idem anno quo scribebat, qui est Christi cccxxxviii. Ulpiano, & Pontiano Cons. agonem undequadragesimum dicit institutum. Ab anno Christi lxxxvi. ad cccxxxvii. anni sunt clvii. qui per IV. divisi dant agonas xxxviii. Igitur anno sequenti cccxxxviii. cœpit agon xxxix. Qua ex observatione Censorini rursus Ulpiani & Pontiani Consulatus ostenditur in annum Christi competere cccxxxviii. eundemque illum esse, quo Censorinus ista commentabatur; ut suo loco declaratum est.

Scaliger in idem caput de agone Capitolino multa alia de variis agonibus inserit, in quibus non pauca castigacione digna videbantur, quæ paucis indicabimus. Nam agonis instituti tempus, præsentibus Censorino, & Onufrio, rectè illo, quo diximus, anno notavit.

Pag. 448. Primus ille Juvenalis locus occurrit à Sat. viii. ubi inter præpostera nobilitatis studia, histrioniam ab iis factam Satyricè reprehendens ita loquitur;

— Populi frons durior hujus
Qui sedet, & spectat triscurria Patriciorum;

Transcurria scribit Scaliger, exponitque ludos ad quos ex senatu transibant. Sed sua vulgata Lectio confirmat sententiam. sunt enim triscurria, nimis Patriciorum scurrilitates; quibus mimos agentibus spectator assidet po-

lulus. Alter locus est lib. II. Anthologiae, cap. 45. Ποιῆταις. ubi Lucilius insulsum poetam, qui Epicædium in filium scripserat, & recitando odiosus erat, exagitanus ita concludit,

Τὸ ἐπὶ τῆς πίνακος νεκρῶν χάριον, οὐκ ἴσθαι
οὐ κατεδέξαντες βιβλία, ἢ καλάμους.

Scaliger omnino legendum dejerat, οὐ κατεδέξαντες; qui delinunt scripta sua & calamos. Nihil, inquit, sinitrius Poeta aut Rhetori imprecatur; quam ut illi accidat, quod vixit sit in Miscellaneis Lugdunensibus ad aviam Cæsaris. Hæc Homeri Criticorum, ut eum vocat Casaubonus, emendatio, & interpretatio Homericæ, id est, cæco admodum Critico digna est. Etenim quid absurdus, quam victos in commissione Scriptorum putare ad delinquendos calamos coactos fuisse. Nam de Scriptis ipsis testatur in Cai vita Suetonius; de calamis ridicula res est. Verus itaque sensus epigrammatis est; Luciliū molesta illa recitatione pessimè affectum iis etiam male precari, quilibetrum & calamorum, adeoque scribendi inventores fuerunt. Ita Poëtis mos est, cum aliqua res offendit, alioqui non mala, illius reprobis malum imprecari. Ergo si κατεδέξαντες sunt inventores, & auctores. Tale, inquit, propter mortuum tuum patior; quale utinam patiuntur, qui primilibras, & calamos invenerunt. Sic Tibullus:

Quis fuit horrendos primus qui protulit enses?
Quam servus & verè servens ille fuit.

Sic in navigationis auctorem Horatius invenitur.

Illi robur & æs triplex
Circæ pectus erat, qui fragilem truci
Commisit pelago ratem.

& alia sexcenta. Aliud ex eodem libro Græcum epigramma cap. 45. ἀπὸ λυγ.

Οὐχ ὄπ' ἔκαλαμον λείπον, ἀλλ' ἄρα τὸ σε μισῶ
Ἐπ' ὄπ' τὴν τὴν παῖς ἢ δίχα ἢ καλάμους.

Ibi κάλαμον λείπον ad eandem penam infelicium Scriptorum refert, nimis insulsi.

In numismatis Græcis littera L. singularis apponitur. Pag. 478. Hanc lustrum significare censet idem Scaliger. Nihil falsius. Trium Neronis numismatum, quæ sunt penes P. Sirmundum, primum habet L. I. secundum L. II. tertium L. IIA. Hæcine lustra sunt x, xiii, & xiv. Item Antonii Pii unum est cum hac nota, L. Δ. alterum cum hac, L. II. tertium habet L. KA. Hæc sunt, ex conjectura Scaligeri lustra IV, xiii, & xxi. Quam illa, rogo, lustra sunt? An verò tot lustra quot à quarto ad vicecesimum primum intercedunt, hoc est annos octo & sexaginta Antoninus Pius imperavit? Videtur quanta sit divinationis illius absurditas. Sed nec in Anconitana inscriptione, quam producit, L. Iustrum significat, sed, ut apparet, annum. Ibi Baton Philonis F. biennio præfuisse gymnasio dicitur, unde & coronas ἑπὶ τὰ πεπενηνία ἐπὶ δύο μεruit tum rursus eis τὰ Κς L. ἢ ΖΚ L. ἢ ΗΚ L. ἀμβροσίας ἐπέμεινε ἐπὶ τὸ Κ L. ἢ γυμνασιαρχῆσαι. Ergo littera L. non lustra, sed aliud quippiam designat, quod annum sit, nisi annus ipse magis intelligatur.

Postremò de Statii Thebaïde perperam judicat, & pag. 479. ejsdem Poetae verba depravat è lib. V. Sil. Epicædio in Patrem.

Nam quod me mista quercus non prestia oliva,
Et fugit speratus bonus, cum dulces parentis
Ivada Tarpeii caneret te nostra magistro
Thebaï urgebant prisiorum exordia vatum.

Scaliger Parenti Tarpeio, &, urbant, pro, urgebant, posuit, hoc sensu: Quod, inquit, quæcum Capitolinam multum mihi speratam non potui conjungere cum oliva Albana, cum committerem Thebaïdam meam cum prisicis poetis, id

Emendabat in suo Codice Petrus: ipso anno Christi, xv. Kal. Octobris, id est Septembris xxviii. Luna & 9.

CAPUT XXIII.

De Nervæ, ac Trajani temporibus. Ubi & hallucinatio Scaligeri notata.

DOMITIANUS Imperator obiit, ut proxime demonstratum est, Valente & Vetere Cons. anno Christi xcvi. xiv. Kalend. Octobris. Ei Nerva successit, cui annum unum, menses iv. dies ix. Dio tribuit. A die itaque Septembris xviii. anni Christi xcvi. ad Januarii xxvii. diem anni xcvi. Christi, tempus illud extenditur. Proinde Nervæ mortuo, Trajanus anno Christi xviii. cœpit, cyclo Lunæ iv.

Quomobrem fallitur Scaliger, qui cyclo tertio, id est anno Christi xcvi. mortuum Nervam asserit, anno Nabonassari dcccxliv. neomeniæ Phenoth. Nam Domitianus Vetere, & Valente Cons. periit, anno Christi xcvi. Septembris xviii. Igitur Nerva obiit anno xcvi. Præterea perperam idem Scaliger Onufrianos Fastos redarguit, quod paria Cons. duo Nervæ imperio tribuant, cum unum dumtaxat interjectum sit. Verum bis in imperio Consulatum Nerva cepit; primum anno xcvi. quo Nerva III. & Virginii Rufus III. Cons. habentur etiam in Fastis Siculis, deinde anno xcvi. quo Nerva IV. Trajanus II. Cons. fuerunt. Sed quoniam paucis post diebus obiit Nerva, ideo solum in Fastis Siculis Trajanus Consul ponitur. Atqui Menelai Mathematici μέγας est apud Ptolemæum lib. vii. pag. 170. edit. Græcæ, Trajani anno primo notata. quo Lunam cum spica conjunctam animadvertit anno Nabon. dcccxliv. Mechir xv. sequente xvi. Conventit tempus anno Christi xcvi. Periodi Julianæ 481. Januarii x. cyclo Lunæ iv. Cum igitur Nerva circa Januarii finem obiit, consequens videtur; Nervam anno superiori, Christi xcvi. mortuum esse; & anno primo Trajani exeunte Menelaum de cælo servasse. Ita ratiocinatur Scaliger. Sed cum & de Domitiani obitu, & de imperio Nervæ ex Romana historia certissimè constet, procul dubio annus ille, quem diximus, Nervæ morti præfrendendus est. At Menelaus primum annum Trajani cœpit à Thoth anni Nabonassari dcccxliv. qui anno Christi xcvi. inicit, Julii tricesimo.

Imperavit Trajanus annis, ut Dio, & Eutropius referunt, xix. mensibus vi. diebus xv. quod tempus, si ab anno Christi xviii. & xxvii. die Januarii mensis explicetur, definit in annum Christi xcvi. & in Augusti decimum diem, five iv. Eidus Augusti. At Scaliger anno Periodi Julianæ 482. cyclo Lunæ tertio mortuum ait, qui est annus Christi xcvi. et si perperam cum anno Christi xcvi. connectat. Hic est enim Periodi Julianæ 483. Eusebius Trajani mortem conficit in annum iv. Olympiadis cccxlii. five Iphiti dcccxcii. Abraami mcccxcii. qui inquit anno Periodi Julianæ 482. Antiochena, & Eusebiana consuetudine. Omnino videtur anno Christi xcvi. obiisse Trajanus, Nigro, & Aproniano Cons. siquidem vicecesimum inchoavit annum. Sanè vetus Indulus Rom. Pontificum Liberi temporibus scriptus; quem penes me habeo; Xyltum annos x. m. v. sedisse refert Adriani temporibus, à Consulatu Nigri & Aproniani usque Veri II. & Ambibulo.

CAPUT XXIV.

De initio Hadriani. Scaligeri hallucinatio discussa, & vera sententia constituta. Ptolemæus explicatus.

CUM Trajani obitus anno contingerit Christi xcvi. Augusti decimo, indidem Hadrianus initium sumpsit. At Scaliger lib. v. de Emend. uno anno antevertit: quod si rectè posset adstrui, non invitius assentiret. Sed in hac ipsa definitione sibi non constat. Etenim annos Hadriano tribuit xvi. menses xi. & ipsius obitum assignat anno Periodi Julianæ 483. sexto Eidus Julii. Atque si anni illi mensèque retrò computentur, eorum initium procedet ab anno Periodi Julianæ 482. Christi xcvi. Augusti xi. Nam anno illo, quo Hadrianus obiit, inchoandus erat ipsius vicecesimus

tertius;

id est, cum iis, qui jam coronas alias sepe vicerant, urbant me illi, & prægrāvabam splendore nominis & fama sua; ita ut victus sim in committenda Thebaïde. At nec emendatio illa probabilis est; neque vera sententia. Thebaïdem ludis Capitolinis commisit Statium, & ea victum esse, commentum est Scaligeri. Alia omnia Statius voluit; qui se ideo victum ludis illis queritur, quod in scribenda Thebaïde, ac veterum Poëtarum, qui in simili genere versati sunt, lætione, imitatione, que defixus, minus in aliis operæ, & contentionis adhiberet. Ob id Thebaïdem suam Tarpeii Jovis invadam appellat; quod totum sibi vendicaret, atque ad se se raperet Statium, neque carmen illud, quod Capitolinis ludis committendum erat, elaborari, ac perpoliri sineret. Rursus alterum Statii ex epistola locum, quam initio Silvarum inscripsit Stella, male ad conjecturam suam detorquet Scaliger. Quid enim (ait Statius) oportet hujus quoque auctoritate editionis onerari, quod adhuc pro Thebaïde mea, quamvis me reliquerit, timo? Non le desertum à Thebaïde, hoc est, in ejus commissione victum ait; sed ejus, ut interpretor, editionem sibi ab amicis extortam, non sponte susceperam. Itaque ex ambiguitate auctoritatem editionis in Silvis suis comparat cum Thebaïdis publicatione, quam aliena, non sua auctoritate vulgatam initio dicit. Nam secundo videtur eandem edidisse postea, ubi accuratius castigavit; ac tum perorationem illam, quæ est in fine operis adtexuit, ubi & novam illam appellat:

— capiteque novam monstrare futuris.

Sive hoc igitur, sive aliud, quod nos præterit, intellexit Statius, cum se relictum à Thebaïde sua dixit, nihil minus cogitavit, quam quod ex conjectura sua Scaliger affinxit.

CAPUT XXII.

De tempore agonis Capitolini à Domitiano instituti. addenda ad cap. xx. lib. xi. Sed hæc propter disputacionis seriem priorè sunt annexa.

CAPITOLINUM agonem autumnii tempore, & circa Eidus Octobris obitum fuisse, idem ille, qui de Olympiadibus novam conjecturam edidit, vir doctus opinatur. cujus suspicionem non fati firmam videri, & eodem, quo Olympiadibus, tempore, hoc est ætliō ludos illos celebratos esse facile demonstrabimus. Conjecturæ illius argumentum ex Herodiano, & Maximini Imperatoris, nec non Balbini & Pupieni historia sumitur.

Herodianus lib. viii. pontem describens, quem Maximinus ad obfidendam Aquileiam è cupis viniis struxit, indicat circa vindemiæ tempus Maximinus ambos interfecit fuisse. Porro imperarunt Balbinus & Pupienus menses tres. creati sunt ludis Apollinaribus VII. Eid. Julii, non, ut in vulgatis est, VII. Kalend. Junii, vel Julii. Igitur VII. Eid. Octob. vitæ pariter & imperii finem nacti sunt. Hæc ille.

Sed imprimis adulto jam vere, aut etiam æstate pontem à Maximino inunctum fuisse non obscure significat Herodianus idem; cum scribit suum illum solutis nivibus per æstatem intumuisse. & ἢ ἰσπερ ἐκρήθησαν ἴσθα πῶς ἀ δία ἢ χαμῶν ὅ παραλίω χίνας λίνας ἢ ἕτερος ἕτερος παμμεγῆ ἢ χαμῶν ἴσθα ἔσθ. Etenim anni tempore soluta viciniorum montium nivis, quas longa hiems duraverat, maximum torrentem effecerant. Deinde Maximinus, & Balbinus annum circiter solidum imperarunt, uti cap. xxiv. lib. xi. docuimus. Denique Capitolinos ludos ætliō tempore peractos fuisse, perspicue Censorinus indicat, qui anno ab illorum nece proximo scripsit. Nam, ut supra declaratum est, Augusto circiter mense libellum suum commentabatur: certè ante finem Augusti, & initium anni fixi Egyptii. Atqui pag. 41. cum de agone quinquennali Capitolino loquitur; Hoc nunc, inquit, anno qui celebratus est agon undequadragesimus numeratur. Jam ergo confectus erat. proindeque non autumno, sed æstate celebratus est.

tertius. In Animadversionibus Eusebianis eadem est observatio. Totidem enim Hadriano annos imputat & Spartiano, hoc est XXI. minus uno mense. At obitum Trajani non ut in lib. v. de Emend. statuit in anno Periodi Julianæ 4829. Christi cxxvi. sed in sequenti, Christi cxxvii. Nigro, & Aproniano Coss. porro mortem Hadriani contigisse anno Christi cxxxvii. quo & Antoninus inivit. ubi biennii error est. Si quidem anno illo Christi cxxxvii. viciesimus tertius Hadriani annus inchoandus erat. Si igitur de cxxxvii. deducas annos xxiii. primus incidet in annum Christi cxxvii. aut si anno cxxxvii. exorsus est Hadrianus, obiit utique Christi anno cxxxix. Non recte itaque Scaliger argumentatur: Quoniam enim annus Christi cxxxvii. est primus Antonini, & annus cxxxviii. ad Augustum usque est idem currens Antonini, si de annis cxxxvii. detraxerint anni xxiii. remanere annum cxxvii. quo Trajanus obiit. Atqui cum anno cxxxviii. Antonini secundus cœperit, non ab eo utique viginti duo anni Hadriani demendi sunt, sed à cxxxvi. Hoc enim anno, viciesimus secundus Hadriani cœpit. Quod si feceris, invenes primum Hadriani anno Christi cxxv. ut dictum est, cœpisse. Ita secum, & cum historiæ veritate pugnat Scaliger. Caput erroris est, quòd Hadriano annos duos & viginti minus uno mense tribuat, de quo paulò post.

Hadriani itaque primus annus, & postremus in Annalibus certissime notatur. primus quidem eo quo Trajanus excessit anno, Coss. Nigro & Aproniano, Christi cxxvii. Juliano cxxiii. U. C. dcccclxx. Obitus verò contigit anno Urbis dcccclxxi. Juliano cxxxiiii. Christi cxxxviii. Camerino & Magno Coss. Cum igitur & Augusti xi. die anni Christi cxxvii. inierit, & Julii xii. anni cxxxviii. obierit, ex Romanorum Annalium fide, imperavit annis viginti *, mensibus undecim. Quod ipsum & ex annis vite ipsius colligitur. Vixit enim annos lxi. menses v. dies xix. ut ait Xiphilinus. unde corrigendus est Spartianus, qui annos vite lxxii. imputat. Natus est autem, eodem auctore Spartiano, Vespasiano vii. & Tito v. Coss. qui est annus Urbis dcccclxx. Juliano cxxi. Christi lxxvi. nono Kalend. Febr. à quo die ad Julii xii. anni Christi cxxxviii. intercedunt anni lxi. menses v. dies xix.

Hec cum apud Annalium Romanorum scriptores vulgò testatissima sint, tamen ex Astronomicis observationibus, quas Ptolemæus refert, redargui videntur. Prima est illa apud Ptolem. lib. iv. cap. ix. Lunæ, quam notavit, eclipsis, anno nono Hadriani, ut est in Latinis codicibus. quamquam in Græcis τῆς ἑξῆς ἀπὸ δ' ἡμαρτὸς ὀκταυοῦ Hadriani legitur: anno Nabonassari dcccclxxi. Pachon xvii. sequente xviii. hora 8, & 24. à meridie. Convenit anno Periodi Julianæ 4838. Christi cxxv. Aprilis v. feria iv. Si igitur anno Christi cxxv. Aprilis mense labebatur annus Hadriani nonus; omnino ab Augusto sequente decimus inivit. Quare primus cœpit anno Christi cxxvi. Quòd si, ut est in Græco, octavus ille tantummodò numeretur annus, primordium Hadriani recte in cxxvii. annum Christi conferetur. Sed reliquæ Ptolemæi observationes annum nonum potiùs, quam octavum asserunt. Secunda πέντης est lib. iv. cap. vi. ubi eclipsis altera deprehensa dicitur Hadriani xvii. Nabonassari dcccclxx. Payni xx. horis xi. 15. à meridie. Hic est annus Periodi Julianæ 4846. Christi cxxxii. Mai vi. feria iii. Tertiò in eadem pagina defectio Lunæ altera memoratur Hadriani xix. Nabonassari dcccclxxii. Chioac ii. horis xi. à meridie. Congruit anno Periodi Julianæ 4847. Christi cxxxiv. Octobris xx. feria iii. Quartà Lunæ defectio anno Hadriani xx. contigit; Nabon. dcccclxxiii. Pharmuthi xix. hora 16. post meridiem, Periodi Julianæ 4849. Christi cxxxvi. Martii vi. Idipsum & æquinoctiales observationes adstrunt. Veluti lib. iij. cap. vii. æquinoctium autumnale designavit auctor idem anno Hadriani xvii. Nabon. dcccclxxx. Athyr vii. Quòd tempus incidit in annum Christi cxxxii. Septembris xxv. Item ex iis observationibus illud efficitur; quas annis Antonini notatas memoria prodidit. Ex quibus omnibus ita concluditur. Si anno Christi cxxxii. *

Legi voluit Petavius: viginti uno. Quòd è ἀσπίδι οὐρ

Maiò labente, erat in cursu annus Hadriani xvii. idemque cœpit anno Christi cxxxii. ut æquinoctialis observatio demonstrat. tum si anno Christi cxxxii. inivit Hadriani xix. anno verò Christi cxxxvi. cœpit Hadriani xxi. prorus necesse fit, ut primus ejusdem Imperatoris anno Christi cœperit cxxvi. non, ut Chronologis placet omnibus, anno cxxvii.

Christmannus lib. de Connexione annorum ex æquabilitate, & Egyptiacorum annorum vago principio, & ab Romani anni initio discrepare, nodum illum explicare nititur. Sed falsa, absurdaque multa sumit. cuiusmodi id est, de quo supra verba fecimus, quòd uno anno tardiùs Romanorum Imperatorum epochas omnes constituit. Trajanus, inquit, currenre anno Juliano cxxiiii. decessit, cui successit Hadrianus. at Ptolemæus initium Hadriani cœperit in Thoth anni Nabonassari dcccclxx. qui incurrit in xxv. Julii, feriam vi. currenre anno Juliano cxxi. Unde biennio citius, quàm Dio, Ptolemæus epocham Hadriani numerat. Verum perperam anno Juliano cxxiii. mortuum esse Trajanum existimat, qui est æra Christianæ cxxviii. Falsum est & illud, Julio mense obiisse Trajanum, & Hadrianum cœpisse. Nam Augusto accidit utrumque. Ad hæc cum Trajanus anno Nabonassari dcccclxx. obiit, Thoth xvii. quæro cur Ptolemæus à Thoth anni Nabon. dcccclxx. initium illius arcessat. Mos est enim Imperatorum exordia ab antecedente Thoth putare. quod alibi Ptolemæus observat. Hoc si in Hadriano, & Antonino tenuerit, quòd ratio ipsa persuadet, enimverò cum illa sunt falsa, quæ Christmannus posuit; tum ea confirmantur, quæ paulò ante demonstrata sunt; Ptolemæum anno Christi cxxvi. primum Hadriani annum inchoasse.

Hoc Ptolemæi ab Romanis Fastis diffidium cum per diu miratus essem; nec ullam ejus probabilem causam excogitare possem; tandem in Ptolemæicam Canonem incidit, qui inscribitur κατὰ βασιλέων, in quo regum, & Imperatorum à Nabonassaro series continetur, qui Assyriis, Persis, Græcis, Ægyptiis, Romanisque præterunt: ac Babyloniam, & Ægyptum obtinuerunt. In eo canone cum imperii cuiusque tempus, & annorum Nabonassareorum summa comprehensa sit, animadvertimus Romanorum Principum initia à Caio Cæligula uno anno deinceps anteveri. Annus, quo mortuus est Alexander, Periodi Julianæ 4390. putatur. Hoc anno Thoth anni Nabonassari ccccxxv. cœpit Novembris xii. feria i. Itaque ad annos ab Alexandri additis 424. conficies annum Nabonassari labentem. At Canon iste Romanorum Imperatorum temporatione fati accuratè dispensat. Annus exempli causâ Tiberianæ mortis statuitur ab Alexandri obitu 359. Adde 424. erit annus Nabonassari 783. cuius Thoth inivit Augusti xv. anni Periodi Julianæ 4748. Christi 35. Atqui mortuus est Tiberius anno Nabonassari 784. cuius Thoth cœpit Augusti xiv. Itaque Pharmuthi v. id est xvii. Kalend. Apr. Tiberius excessit. Idem & in ceteris Imperatoribus observabis. Hoc eo factum est, quòd singularum tempora; neglectis mensibus, per annos solidos numerare instituit. Velut Tiberio xxii. annos assignat, Caio, iv. & sic in reliquis. Hunc igitur Canonem Ptolemæus cum adhibuisset, atque ad observationes tam alienas, quàm suas Imperatorum Romanorum annos adnotasset; quòd utique diù post easdem observationes in cælo notatas factum esse verisimile est; dum videlicet Opus suum recenset: inde contigit, unius ut anni labes contracta sit. Nam si eodem tempore, quo de cælo ista servabantur, Imperatorum anni adscripti fuissent; credo non alia quàm populari consuetudine numerasset. Jam verò respectum habuit ad annos ipsos Nabonassari, & Canonem illum, in quo Imperatorum anni numerati descripti sunt. Hec vitiosa putationis unica est, & certissima ratio.

CAPUT

CAPUT XXV.

De initio Antonini.

ANTONINI Pii Imperatoris initium iisdem de causis in dubium adducitur, ob quas epocham Hadriani nutare diximus. Sunt enim Ptolemæicæ quædam observationes, quæ uno anno prævertendum esse suadeant. Libro iij. cap. i. æquinoctium autumnale Ptolemæus observabat anno Antonini tertio, Nabon. dcccclxxxvii. Athyr nono, hora una post ortum Solis. Hic est annus Periodi Julianæ 4852. Christi cxxxix. Septembris xxvi. Si anno Christi cxxxix. cœpit Antonini tertius; ergo anno cxxxvii. primus inivit. Atqui cxxxvii. vulgò solet inchoari. Rursum lib. ix. cap. x. anno Antonini ii. Nabonassari dcccclxxxvi. Epithi ii. sequente iii. periodicus Mercurii motus observatus est, anno Christi cxxxix. Maii xvii. Periodi Julianæ 4852. Tertiò lib. x. cap. iv. anno Antonini ii. Tybi xxix. sequente xxx. Veneris observatio facta. Ea convenit in annum Christi cxxxviii. Decembris xvi. Periodi Julianæ 4851. Cum ergo secundus Antonini Decembri labente anni Christi cxxxviii. numeratus sit, idemque anno sequente, Christi cxxxix. Maiò mense fuerit in cursu; tum eodem anno Christi, cxxxix. Septembris tertius Antonini putetur, apparet primum anno Christi cxxxviii. convenire. At Chronologi omnes in sequentem rejiciunt. Hujus discriminis eadem est ratio, quam proximè superiori capite reddidimus. Scaliger in lib. v. de Emend. Hadriani mortem, & initium Antonini rejicit in annum Periodi Julianæ 4850. Nabonassari dcccclxxxv. diebus decem ante initium anni Nabon. dcccclxxxv. anno Iphiti dcccclxxxiii. ineunte. Nam Eusebius, inquit, ponit malè annum dcccclxxv. Ita ex opinione Scaligeri, anno Christi cxxxvii. Antoninus imperare cœpit. quod ex antecedentium capitum doctrina falsum esse liquet. Nam Hadrianus obiit anno Christi cxxxviii. quo & Antoninus inivit, anno Iphiti dcccclxxv. Apud Eusebium in Chronico mortui Hadrianus anno Abraami mcccclii. Olympiadas cxxxix. anno primo. Annus Abraami mcccclii. cœpit anno Periodi Julianæ 4849. ab autumnò, eodemque labente, anno Periodi Julianæ 4850. mortuus est Hadrianus; anno primo Olympiadas cxxxix. tam à Solsitio, moe Elidensium, quàm ab Octobri antecedentis anni Juliani, ut Antiochenfes putare consueverunt. Quare neque rectè sentit Eusebius, neque Scaliger animadvertit ipsum in eadem secum sententia, errorèque versari.

In Animadversionibus Eusebianis, ad annum illum Eusebii, Scaliger Antoninum ait cœpisse Christi anno cxxxviii. Sed ex annis Hadriani, Trajani, atque Nervæ & Domitiani obitu, qui certissime in Annalibus notatur, erroris arguitur. Obiit Domitianus Valente, & Vetere Coss. Dione, & Eutropio testibus; qui est annus Urbis dcccclxx. Juliano cxxi. Christi cxxvi. Hoc indubitatim est. Ab hoc tempore consequentium Imperatorum anni fidelissimè descripti sunt. Domitianus xv. annis solidis imperavit, ac totidem Tribunitiæ illi potestates in numis veteribus adscribuntur. Nerva deinde anno & iv. mensibus solidis imperium adeptus est. Nam & Tribunitiæ potestatis ii. in numis legitur. Mortuus est proinde anno Christi ineunte xxviii. Januarii xxvii. Sequitur Trajanus, quem viciesimum annum inchoasse vel numi veteres suadent; qui Trib. Pot. xx. nominant. Quare mortuus est anno cxxvii. Hadrianus deinde viciesimum annum citra controversiam excessit. Nos ex Dione unum & viginti minus uno mense tribuimus. Neque enim Spartiano licet assentiri, qui cum Eutropio annos xxi. menses xi. numerat. alioqui mortem ejus in annum Christi cxxxix. prorogari necesse sit, cum tamen tertius ejusdem, auctore Ptolemæo, curreret in Septembris anni cxxxix. Atenim veteres lapides Tribunitiam potestatem bis & vicies adscribunt Hadriano. cuiusmodi duæ sunt apud Gruterum. quamquam in altera pro xxi. Onufrius xxi. legit; & fieri potest ut errore quadrata, vel ejus, qui exceptit, in alteram quoque, xxi. annorum numerus irreperit. Neque enim dubitari po-

Porro vivente adhuc Maximino, Gordianus Proconsul Africa: Carthagini Imperator acclamatus est, cum filio. Sed uterque à Capeliano Maximini duce paulò post opprimitur. Imperarunt ambo annum unum, menses sex, si Capitolino credimus. Onufrius autem mensem unum, dies sex numerat ex Capitolino, & Herodiano. quod secus habet. Quamquam probabilior est Onufrii computatio. Ac videtur circiter Maiò mense Gordianus uterque imperium adeptus. Nam litteras Gordiani Roman allatas Syllanus Consul vi. Kal. Junias recitavit, ut Capitolinus asserit in Maximinis. Idem porrò in Maximo & Balbino vii. Kal. Junias Gordianorum

Paris II.

test, quin anno Christi cxxxviii. mortuo Hadriano, Antoninus imperare cœperit.

Conforinus cap. xxi. scribit ad annum, quo scribebat, quique Ulpium, & Pontianum Coss. habuit, Christi cxxxviii. annos centum à Consulatu Imperatoris Antonini Pii ii. & Bruttii Præsensis intercedere. Scaliger in Animadver. Euseb. Consules istos anno Christi cxxxviii. illigandos dicit, & Onufrium, qui ad annum cxi. applicat, biennio peccare. Falsum est. Nam revera Consulatus illorum in annum Urbis Varonianum dcccclxxii. cadit, Julianum cxxxix. qui est Christi cxxxix. At Onufrius, qui natalem Christi vulgarem uno anteverit anno, cxi. illum putat. Baronius verò, qui biennio communis æræ natalem antipat, confert in annum Christi cxi. Nullum itaque pat Consulatum suffecerat pro ordinario in feriam irrepsit, ut suspicatur Scaliger. Idem rectè Conforinum castigat, quòd anno illo, qui Antoninum Pium ii. & Bruttium Præsensem Coss. notat, Thoth Nabonassareum ante diem xii. Kalendas Jul. incidisse velit. Nam contigit ante diem xii. Kalend. Aug. Fuit enim annus Nabonass. dcccclxxxvii. cuius Thoth cœpit Julii xx. feria i. cyclo Solis viii. litt. E.

CAPUT XXVI.

De initio Alexandri Severi, & Gordiani, præsertim junioris.

ANTONINUS Alagabalus sub initium Martii à militibus occiditur, sè iv. & Alexandro Cæfare Coss. eo anno, qui nobili caractere insignis est in Canone Paschali, quem Hippolytus scripsit, existatque inter Inscripciones antiquas. In eo verò, primo anno Imperatoris Alexandri, decima quarta Paschalis contigit fectur Eidibus Aprilis, feria vii. Fuit igitur cycclus Lunæ xiv. Solis vii. littera F. anno Christi cxxxii. ut rectè argumentatur Scaliger. Quocirca corrigendi sunt ex eo caractere nonnullorum Fasti: ut Onufrii, qui anno Christi cxxxiii. Alexandri initium illigat: non cxxiv. ut Scaliger in Animadver. putat. Hoc enim anno ab iis duntaxat ponitur, qui biennio communem æram anteverunt. Onufrius verò uno non amplius anticipavit. Idem porrò vi. Eid. Mart. occisum ex Dione refert Alagabalum, quòd apud Dionem non reperit. Et alioquin ex actis Urbis, quæ à Lampridio profertuntur, liquet ante diem illum interfecto Alagabalo, Alexandrum ad imperium esse proventum. Nam Pridie Non. Mart. adversus Alagabalum mortuum, & in Alexandri Imperatoris gratiam acclamationes edite sunt in Senatu, quas Lampridius refert, quando & Antonini, atque Magni cognomen Alexandro decretum est. Obiit Alexander Severo, & Quintiano Coss. anno Christi cxxxv. Imperavit annos xii. dies ix. Lampridius, Eutropius, Victor. Herodianus lib. vi. majorem anni decimi quarti consecutam ab eo partem esse significat. Sed sine dubio fallitur.

Alexandro suffectus est Maximinus xv. Kalend. Apr. ut auctor est Onufrius. Imperasse Maximinum annis tribus, diebus aliquot, scribit Eutropius. De triennio Victor assentitur, & Cassiodorus in Chronico. Eusebius lib. vi. cap. xvi. Orosius lib. vii. cap. xix. tertio, quàm regnabat, anno perisse scribit: ut biennium cum aliquot mensibus imperio potius sit. quod & Onufrius secutus est, qui interfectum illum refert anno Urbis dcccclxx. Perpetuo, & Corneliano Coss. Hic est annus Christi cxxxvii.

Porro vivente adhuc Maximino, Gordianus Proconsul Africa: Carthagini Imperator acclamatus est, cum filio. Sed uterque à Capeliano Maximini duce paulò post opprimitur. Imperarunt ambo annum unum, menses sex, si Capitolino credimus. Onufrius autem mensem unum, dies sex numerat ex Capitolino, & Herodiano. quod secus habet. Quamquam probabilior est Onufrii computatio. Ac videtur circiter Maiò mense Gordianus uterque imperium adeptus. Nam litteras Gordiani Roman allatas Syllanus Consul vi. Kal. Junias recitavit, ut Capitolinus asserit in Maximinis. Idem porrò in Maximo & Balbino vii. Kal. Junias Gordianorum

nece nunciata, ambos istos à Senatu Imperatores lectos esse dicit. mendose. si quidem postmodum Gordianorum recitatio sunt littera. Aut ergo VII. Kalend. Jul. aut eiusmodi aliquid substituendum, quod ad ludorum Apollinarium, quibus hæc acciderunt, tempus conveniat. Igitur Senatus Romæ ex viginti viris, quos ad tutandam Rempub. absentibus Gordianis elegerat, Imperatores duos constituit, Maximum Pupienum, & Balbinum, quorum prior adversus Maximinum Aquileiam obsidentem profectus rem ex animi sententia confecit. Nam Maximini ambo à militibus interfecti sunt, circa Kalend. Octobris ut scribit Onofrius. Verum quibus annis ista contigerint, propter Historicorum diffidium minus est explicatum: uti & Gordiani tertii primordium. Capitolinus in Maximinis ait, mortuis Gordianis Maximum Pupienum ex Prefecto Urbi, & Claudium Balbinum Imperatores creatos, quibus à populo Augustus appellatis, per milites deinde, ac populum Gordianus senioris Gordiani nepos Cæsar est dictus; eodem die, quo illi Imperatores & Augusti à Senatu renuntiati sunt; ut Herodianus lib. VII. & Capitolinus in Gordiano tertio narrant. Occisus demum Pupienus, atque Balbino Gordianus Imperator, & Augustus salutatus est; ut iidem auctores referunt, & quibus Herodianus ludis Capitolinis id accidisse scribit. Quare uno anno circiter Pupienus, & Balbinus imperarunt. Nam & Junio mense, vel Julio superioris anni creati, & eodem sequentis anni mense militari seditione cæsi sunt. Gordianus igitur puer hæc natus Cæsar, post necem istorum Imperator & Augustus acclamatus est. Docet hoc Herodianus, & Capitolinus in Gordiano tertio, & in Maximo, atque Balbino. Atqui contrarium ex hoc eodem potest colligi, nempe Maximino adhuc supersistente Imperatore, & Augustum fuisse Gordianum puerum. Nam statim post Maximini necem, missa sunt Romam litteræ, quas nuncius Aquileia & Ravenna, ubi Maximinus Imperator erat, incredibili celeritate ad Balbinum attulit, qui tum fortè cum Gordiano ludorum spectaculo intererat. *Et forte dies ludorum erat* (verba sunt Capitolini in Maximino patre) *quum subitò sedente Balbino, & Gordiano theatrum minus ingressus est; atque antequam aliquid indicaverit, omnis populus exclamavit: Maximinus occisus est: ita ut nuntius præventus, Imperatores, qui aderant, gaudium publicum nutu, & consensu indicaverit.* Imperatores vocat Balbinum, & Gordianum. Non igitur Cæsar hic tantummodò fuit. Sed validius e frequentibus argumentum. Recitatis in Senatu per Balbinum Augustum litteris, acclamavit Senatus inter cetera; *Maximo Auguste tibi gratias: Balbine Auguste tibi gratias. Tibi gratias Gordiane Auguste.* Eutropius item lib. IX. *Postea res simul Augusti fuerunt Pupienus, Balbinus, & Gordianus.* Ergo & Imperator, & Augustus cum Maximo, & Balbino Gordianus fuit. Pergit Capitolinus: apud quem Cuspicius Celerinus ita censuit. *Victoria causâ principibus nostris Maximo, Balbino, & Gordiano statuas cum elephantis decernimus, currus triumphales decernimus, statuas equestres decernimus. Profecto majus aliquid ampliusque, quam Cæsaris, fastigium consecutus ille videtur, qui cum ambobus illis, Imperatoris, Augusti, Principis appellatione; tum honorum communionem sociatur. Præterea Maximinus mortuo Alexandro, imperator factus est anno Christi cccxxxv. mense Martio, xvi. circiter die. Si quidem Alexander, qui prid. Non. Martias Imperator renunciatus est, ultra XIII. annos novem dies imperavit, qui in xv. Martii definunt. Anno sequente, qui fuit Christi cccxxvi. Maximino Augusto, & Julio Africano Coss. Gordianus in Africa Imperium usurparunt circa Maïum, quibus interfectis, Junio, ut apparet, exeunte, Maximum Pupienus, & Balbinus successerunt, iidemque anno Christi cccxxviii. eodem ferè, quo inierant, mense à militibus interempti sunt. Quibus extinctis Gordianus tertius solus imperavit. Porro hujus exordium celestis caractere notatum est: quod memoriæ prodidit in ejus vita Capitolinus. *Sed indicium, inquit, non diu imperatori Gordiani hoc fuit,**

quod eclipsis Solis facta est, ut nux crederetur, neque sine luminibus accensis quicquam agi posset. Duæ Solis insignes deflectiones anno Christi cccxxviii. & cccxxviiii. acciderunt. Prior Aprilis XII. cuius ex Parisinis tabulis ea delineatio colligitur. Novilunium verum hora 3, 12'. post meridiem, Romæ. Apparens hora 4, 31'. Sol in Arietis gradu * 20, 20'. circiter. Motus latitudinis verus 0, 4, 25'. latitudo vera Borea 21', 57''. Parallaxis latitudinis 19'. Qua detractâ, latitudo apparens est 2', 57''. Scrupula incidentiæ 29, 12'. Motus horarius apparens una hora ante apparentem est 27'. post apparentem, 33'. Igitur totius eclipsis duratio fuit horarum 1, 55'. Cæpit hora 3, 43'. post meridiem. Desiit hora 5, 38'. ante Solis occasum, hora ferè integra. Digito habuit 10, 30'. ferè.

Anno verò cccxxviiii. Aprilis 2. contigit ejusdem sideris defectio. Vera synodus hora 8, 4'. post mediam noctem: Sole in Arietis † gradu 9, 58'. consistente. Apparens synodus hora 7, 25'. Motus latitudinis verus 0, 11, 35'. Latitudo, 59', 52''. Parallaxis latitudinis 51'. Ergo apparens latitudo, 8', 32''. qua deductâ de summa diametrorum, quæ est 29', 35'', residua sunt 21', 33''. Itaque Digitorum fuit 8. & scrup. 15'. Scrupula § incidentiæ 28', 22''. Motus horarius apparens 32'. Tota proinde tenuit horam 1, 48'. motu apparente. Cæpit hora 6, 31'. post ortum Solis, scrupulis 17'. Desiit hora 8, 19'. Exiis Solaribus deliquis, prius sine dubio congruit ad historiam Capitolini. Nam longè majus posteriore fuit. Itaque Gordianus jam tum Imperator, & Augustus fuisse videtur ex anno Christi cccxxviii. cyclo Lunæ x. Solis XXI.

CAPUT XXVII

De Philipporum initio, & ludis secularibus.

GORDIANUS sexennio regnavit, ait Victor Schoteti, post Capitolinum item Eusebii, Epiphanius, Cassiodorus, &c. Occisus est igitur anno Christi cccxliv. Peregrino, & Emiliano Coss. Successit ille ipse, qui Gordianum interfecit, Philippus Arabs ex Prefecto Pretorio, cujus imperium Secularium ludorum commissione celebratum est, anno Urbis absoluto millesimo, & ineunte millesimo primo; quo ambo Philippi Consules fuerunt pater III. filius II. Id enim numi veteres quamplurimi demonstrant. Atque hic annus æræ communis est cccxlviii. quo Philipporum desinente quarto, quintus inchoatus est. Quippe annus Christi cccxlviii. est Peridi Julianæ 4961. cum ergo primus annus Urbis Varronianus cæperit à Palilibus anni 3961. anno 4961. Christi cccxlviii. iidem ex Palilibus iniiit annus Urbis millesimus primus, quo quidem ludi illi Seculares tempore messis, ut refert Zosimus, instaurari soliti, à Philippis celebrati sunt. Hinc errare liquet eos, qui contra numerum fidem, ludos istos, à Philippo, anno imperii ineunte quarto, Consulu secundo, peractos asserunt: qui Christi cccxlvii. putari debet. est cccxlix. illi numerent. Sed & Cassiodorus in Chronico perperam ludos Seculares conjicit in annum sequentem, quo Coss. fuerunt Emilianus, & Aquilinus, qui est Christi ccclix.

Hic est autem ille Philippus, quem à S. Pontio martyre ad fidem fuisse conversum, acta illius martyris testantur, quæ sunt apud Surium Tomo VII. Maïi XIV. Sed quantum illis tribuendum sit, indicat in Annalibus Baronius ad A. cccxvi. ubi ridiculam iis intexam esse fabulam ostendit, de templo, ac simulacro Jovis à Fabiano, & Pontio subverso. Eusebius lib. VI. Hist. cap. 18. famam refert de suscepta ab Imperatore Philippo Christiana fide memoriæ proditam, & que litteris ab Origene ad ipsum, & ad ejus conjugem datis. de quo merito dubitat idem Annalium Illustrissimus conditor; qui è Zonara complures observat nominum similitudine deceptos, quæ Philippo Egypti Augustali conveniunt, ea ad Philippum Imperatorem accommodasse.

CAPUT

CAPUT XXVIII

De initio & obitu Decii, Galli, & Volusiani; Valeriani, & Gallieni, Claudii, Aureliani, Taciti.

PHILIPPUS annos quinque Victor, Eutropius, & Onofrius attribunt septem Eusebius in Historia, & in Chronico, Epiphanius, Orofius, Cassiodorus, & Baronius. Piores mortuos esse Philippus voluit Coss. Emiliano, & Aquilino, qui est annus Christi ccclix. posteriores Decius duobus Coss. qui est annus Christi ccli. Rursus Decio biennium Eutropius, & Victor imputant. Hic tamen in Epitome menses xxx. numerat. Cassiodorus annos 11. menses IV. Eusebius & Epiphanius annum 1. menses 11. De Gallo item, & Volusiano haud paullo impeditior est questio Biennio quippe regnasse Victor, Eutropius, alique censent. At Inscriptiones veteres Tribunit. potest. IV. illis admetiuntur. Sanè tam horum, quam insequentium Imperatorum tempora partim scriptorum inopia, vel Ætægræ: partim Consulatum perturbatione obscurissima remanserunt; ut ad historicos illos nodos, & controversias dirimendas probabili conjecturæ præcipuus esse locus debeat. Nos amobus Philippis non plures annos quinque solidis cum mensibus aliquot assignandos credimus. Nam Tribunitiam potestatem VI. cum Consulatu III. Philippo Patri numi veteres adducunt. ut appareat cæpto jam anno imperii sexto, Coss. Emiliano, & Aquilino, petiisse Philippus, anno Christi ccclix.

At Veronenis Inscripção, quam in Annalibus laudat Baronius, & Adolphus Oeco, testatur anno Christi ccliii. cætos esse Philippus. Sed adulterina & nugatoria est epigraphe, quam merito neglexit Onofrius. Neque enim annorum Christi putatio ita vetus est; quam demum post Dionysium passim usurpatam esse constat. Itaque nihil erat, quod ad rationes suas cum *S. de tempore illi monumento conciliandas, Annalium, Chroniconumque Scriptores biennium Philippis arrogarent.* Atque ut Decius ambobus Coss. necatos esse Philippus arbitretur, nequaquam is annus erit æræ Christianæ ccliiii. ut Annalibus videtur; sed ccli. Verum ante Decios amobus Consules, Philippus extinctos esse, probabilis est. Videtur enim Decius pater in illo Consulatu, qui secundus in Fastis illi tribuitur, jam Imperator, & Augustus; Etruscus verò filius, Cæsar appellatus. Nam si alii Coss. annum aperuissent, eorum titulo insignitus esset annus, uti passim in Fastis cernimus. Quocirca Decius pater anno sequenti, quam imperium adeptus est, Consulatum cæpit, & collegam habuit Gratium, sive Gratianum; in altero verò Consulatu Etruscum filium. quod mirum non est. Siquidem & Philippus Imperator primum Consulatum cum Titiano, secundum cum filio suscepit. Maximinus item Consul primò cum Africano fuit; cum filio nusquam comparatur. Sed Coss. series alia in Fastis Siculis, alia in Cassiodori Chronico reperitur. Quippe Siculi post Philippum Augustum III. & Philippum filium II. subjiciunt Emilianum II. & Aquilinum; Decium & Gratianum; Gallum & Volusianum; Volusianum II. & Maximum; Decium Cæsarem, & Decium filium mendose. Melius apud Cassiodorum, Emiliano, & Aquilino Decius & Gratus Coss. juncti sunt: tum Decius II. & Etruscus inde Gallus & Volusianus; Volusianus II. & Maximinus. Cuspinianus in quibusdam Fastis Decium II. cum Grato componi; cum Decio verò filio Cæsare; Decium III. ascribit quod & Onofrius placuit. Itaque sufficere aliquo anno Decium fuisse non improbabile est. Cui quidem annos duos cum mensibus aliquot impatamus, nempe VI. ut auctor est Aurelius Victor. Etenim anno Christi ccclix. Emiliano, & Aquilino Coss. imperare cæpit; pervenitque saltem ad extremum annum Christi ccli. quem ipse Consulatu III. cum Etrusco filio notavit. Nam Trebellius Pollio in Valerianis Senatum Decii Imperatoris auctoritate coactum refert duobus Decii Coss. VI. Kalend. Novembris in quo Valerianus abfens Censor factus est; idque ordinis amplissimi decretum ratum fuisse Decius. Quare sub illius anni finem Decii ambo perierunt.

Anno igitur exeunte Christi ccli. extinctis ambobus *Paris II.*

CAPUT XXIX.

De Probi Imperatoris initio, & Fastorum vulgariis perturbatione.

PROBI Imperatoris tempus Chronologicè Christianæ cardinem, ac velut umbilicum continet, in quem

Decius, Gallus Hostilianus cum Volusiano filio successerunt; quibus biennium Victor, & Eutropius tribuunt; hic quidem non integrum. at Eusebius Chronico & Cassiodorus annos duos, menses IV. In veteribus numis Occoisus unus est cum hac epigraphe, IMP. CAE. C. VII. VOLUSIANO AUG. P. M. T. R. P. IIII. COS. II. ex quo Baronius Gallo & Volusiano quatuor ascribit annos. Ita mortui fuerint anno Christi ccliv. quod ipsum Chronologicè nostræ consentaneum est: ut cum novo anno Juliano, nova Tribunitia potestas inchoata sit, adeoque quater instaurari poterit. Quamobrem ineunte anno Christi ccliv. Gallus & Volusianus interfecti sunt, cum imperassent annos solidos duos, nempe cclii. & ccliii. ac menses IV. qui postremam anni ccli. partem, & tres circiter primos anni ccliv. menses occupant. Vides quam belle cum Inscriptione veteri Chronologia nostra consentiat: utque necesse sit posteriores duos annos communes illis facere cum Valeriano, & Gallieno. qua in fablebra Calvisius aëret. Vide quæ subinde de Tribunitia potestate notavimus.

Gallo & Volusiano Imperatoribus extinctis, Licinius Valerianus, & Gallienus subrogantur. His annos xv. Eusebius & Cassiodorus assignant. e quibus Valerianus sex, Gallienus novem obtinuit, auctoribus Eutropio, & Aurelio Victore. Imperavit ab anno Christi ccliv. ad cclxviii. quo, circa IX. Kalend. Apr. Claudius imperator acclamatur, ut ex Trebellio colligitur. Is intra biennium morbo perit. Eutropio & Orofio testibus. Eusebius, & Cassiodorus annum 1. menses IX. Victor biennium tribuit. Videtur anno Christi cclxviii. cæpisse, & anno cclxix. decessisse, & hoc modo biennium haud integrum exegisse.

Claudius Quintillus excepit. Sed eodem tempore Aurelianus eligitur. Quintillus itaque vix vicissimum imperii diem attigit. At Aurelianus sex annos, minus paucis diebus Vopiscus imputat. Eutropius annos v. menses VI. totidem Victor, Eusebius, Orofius, Cassiodorus. Initium ejus anno Christi cclxix. obitus anno ineunte cclxxv. Aureliano ipso III. & Marcellino Coss. (ut inter ceteros testatur Idatius in Chronico.) Januario mense. quod ex Vopiscus docetur. Scribit enim, Aureliano cæso milites Imperatoris eligendi potestatem Senatum fecisse. Ob idque tertio nonas Februarii. Senatum in curiam Pompeianam convenisse. Occisus est Aurelianus apud Cænophrum inter Heracleam, & Byzantium. Proinde temporis aliquid ab ejus necé ad eum diem intercessit, quo Romam nuncius ille pervenit. Ita Januario mense Aurelianus interemptus est. Sextum ergo Julianum annum inchoavit. At ex antiquis numerum Inscriptionibus concludit Baronius septimum annum ab eodem esse libatum. quod in iis Tribunitia potestas VII. notatur. Nilominus tot Historicorum concordia pluris est apud me, quam Inscriptionis illius fides, quæ siue casoris hallucinatione: siue exceptoris ipsius mendosa videri potest. Sed hæc questio capite sequenti plenius explicabitur.

Post Aureliani mortem sex mensium interregnum fuisse Vopiscus refert. Sed octo ferè menses intercessisse ex illius historia convincitur. Etenim postquam ultrò citroque ab exercitu ad Senatum nuncii commearunt; mutuo sibi Imperatoris legendi jus utrisque deferentibus; tandem VII. Kalend. Octobris. Tacitus ad imperium evectus est, ut in Tacito Scriptorille narret. Imperavit Tacitus mensibus sex: hoc est intra sextum mensem interemptus est, Vopiscus, Eutropius; Eusebius, &c. Victor ducentesimo imperii die mortuum affirmat. Huic Florianus frater substitutus est, qui vix duobus mensibus imperavit, teste Vopiscus. Itaque Tacitus anno Christi cclxxviii. excessit è vita; eodemque Probis Imperator est factus, cujus initium, & imperii tempus exquisitor diligencia pervestigandum est.

* Emendabat in suo Codice Petrus: gradu 11, 55'. † Legi hic volebat Petrus: gradu 11, 55'. § Legendum ex Petrus Codice: 28, 21.

Volusianus

Valerianus & Gallienus Claudius

Aurelianus

Philippus

Decius

Gallus

quæ